

TIMOTHEUS Presbyter Hierosolymitanus (saec. VI)

- 1613 Oratio in Symeonem. [...] Ἐν τούτοις ὁ Συμεὼν τὸν νηπιοφανῆ Κύριον ἐν ταῖς ἑαυτοῦ ἀγκάλαις κατέχων, τὸν μὲν Ἰωσήφ εὐλόγησεν, τὴν δὲ προφητεῖαν εἰς τὸν Κύριον μετερῦθησεν, λέγων πρὸς τὴν Παρθένον· Τί βλέπεις τὸ παιδίον τοῦτο, Παρθένε, τὸ σὸν καὶ μὴ σόν; μεμένηκας γὰρ ὡς ἦς τὸ πρότερον· τί μαζὸν αὐτῷ συχνῶς προσάγεις, εὐθαλέστερον ἔχειν ἐθέλουσα τέκνον; οὐ δέεται τροφῆς αὐτὸς τοῦ μάννα ὧν χορηγός. Τί ἀπαλαῖς παλάμαις κατασεῖεις, τὸ νήπιον πρὸς ὕπνον κατευνάσαι θέλουσα; οὐ νυστάζει, οὐ καθεύδει, κατὰ τὸ κρυπτόμενον τῆς θεότητος χωρίον· περὶ αὐτοῦ γὰρ φησιν ὁ Προφήτης· «Οὐ νυστάζει, οὐδὲ ὑπνῶσει ὁ φυλάσσων τὸν Ἰσραὴλ».
- Τί βλέπεις τὸ παιδίον τοῦτο, Παρθένε; τῇ κρυπτομένῃ τῆς θεότητος δυνάμει οὐρανὸν ὡσεὶ δέξτερον ἐξέτεινεν, γῆν δὲ ὑπ' οὐδενός ἐκρέμασεν, ὕδαρ ὑπόβαθρον τῷ κόσμῳ ἐθεμελίωσεν· τοῦτο τὸ παιδίον, διάφορε Παρθένε, ἥλιον ἠνιοχεῖ, σελήνην ζευγηλατεῖ, ἀνέμων θησαυροδότης, πάντων τῶν ὄντων Δεσπότης τὸ παιδίον τοῦτο, Παρθένε· σὺ δὲ τοιουτοδύναμον ἀκούσασα τὸ παιδίον τοῦτο, μὴ βιωτικὴν, ἀλλὰ πνευματικὴν εὐφροσύνην προσδέχου. Ἰδοὺ γὰρ «οὗτος κεῖται εἰς πτώσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραὴλ,

PG
86, 244

- 1613 Oratio in Symeonem.¹ [...] Interea Symeon Dominum, qui in forma hac habitu infantis conspiciebatur, in ulnis suis tenens, Iosepho quidem et Virgini benedixit: prophetiam autem de Domino commode adiecit, ad Virginem dicens: Quis aspicias, Virgo, puerum hunc tuum et non tuum? Mansisti enim virgo, sicut eras prius. Quid eum continenter intueris, atque frequenter amplexaris? Quid mammam ei semper admoves, an nitidiorem filium habere vis? Non indiget nutrimento, ipse quippe mannae et vitae largitor est. Quid teneris manibus infantem ventilas atque demulces, ac somno consopire vis? Hic puer pro abscondita (suae) deitatis dignitate somnum non appetit, neque dormit. Nam de eo dicit Propheta: *Somno non premetur, neque dormiet, qui Israel custodit.*²

PG
86, 243

Quid aspicias, Virgo, hunc puellum? Hic puellus, o Virgo, occulta deitatis vi coelum tanquam pellem extendit: terram item super nihilum suspendit: aquam quasi fulcrum et sustentaculum mundo fundavit. Hic puer, incorrupta Virgo, solem regit, lunam gubernat, ventos tanquam in thesauros recondit, et omnium rerum potestatem habet atque dominatum. Ex hoc puero, Virgo, noli sperare laetitiam saecularem, sed spiritualem. Ecce enim *positus est hic in casum et erectionem multorum in Israel, et in signum cui contradicetur: quin*

¹ Cf. Lau 167 et BHG ap. VII, 201.

² Ps. CXX, 4.

• Vide alios locos, Timotheo attributos, sub titulo «Incertus Auctor».

καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον· καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία, ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοί ».

*245

Ταῦτα ὁ Συμεὼν ἀρτίως πρὸς τὴν Παρθένον τῇ * ἀποκαλύψει τοῦ ἁγίου Πνεύματος περὶ τοῦ νηπιοφανοῦς Ἰησοῦ· « Ἴδου οὗτος κεῖται εἰς πτώσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραήλ ». Καὶ διὰ τί εἰς πτώσιν; καὶ διὰ τί εἰς ἀνάστασιν; Ἀληθῆς γὰρ ὁ περὶ τοῦ Κυρίου λόγος. Ὁ Συμεὼν γὰρ οὐ τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει, ἀλλὰ τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀποκαλύψει, πᾶν ὃ τι οὖν διηγόρευσεν περὶ τοῦ Κυρίου πρὸς τὴν Παρθένον λέγων· « Ἴδου οὗτος κεῖται εἰς πτώσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραήλ »· εἰς πτώσιν τῶν ἀπίστων, εἰς ἀνάστασιν τῶν πιστῶν· εἰς πτώσιν τῆς συναγωγῆς, εἰς ἀνάστασιν τῆς Ἐκκλησίας· εἰς πτώσιν τῶν δαιμόνων, εἰς ἀνάστασιν τῶν ἁγίων· ἀνίσταται ὁ Ματθίας, ἐπιπτεν ὁ Ἰούδας· εἰς ἀνάστασιν τοῦ ἐκ δεξιῶν ληστοῦ, εἰς πτώσιν τοῦ ἐξ εὐωνύμων· ὅτι ὁ μὲν εὐσεθεῖ, ὁ δὲ ἐβλασφήμει· « Εἰς πτώσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραήλ, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον ». Ἀληθῆς ὁ λόγος. Εἰς σημεῖον γὰρ ἀντιλεγόμενον ὁ Κύριος ἡμῶν ἐγένετο κατὰ τὸν τῆς Παρθένου τόκον· ἐπειδὴ μέγα σημεῖον τὸ Παρθένον τεκεῖν, καὶ μείναι πάλιν

*etiam tuam ipsius animam penetrabit gladius, ut detegantur ex multis cordibus cogitationes.*¹

*246

* Haec sanctus Deique susceptor Symeon, ex revelatione sancti Spiritus, de Iesu, qui in forma atque habitu infantis inspiciebatur, ad Virginem Mariam dixit: *Ecce hic positus est in casum et erectionem multorum in Israël.* Et in casum quidem cur? cur item ad erectionem? Vera est de Domino oratio prolata. Quoniam cuim Symeon non sua virtute, sed revelatione sancti Spiritus, totum quidquid erat, disseruit, dum ad Virginem de Domino dicebat: *Ecce hic positus est in casum et erectionem multorum in Israël:* in casum quidem dicebat (incredulorum nimirum), in erectionem vero credentium: in casum Synagogae, in erectionem autem Ecclesiae; ad casum et ruinam daemonum, erectionem vero sanctorum: in casum profanorum et impurorum, ad erectionem vero iustorum atque bonorum. In casum et erectionem. Surgit et erigitur Matthias, cecidit autem Iudas. In casum et erectionem multorum in Israël. Ad erectionem latronis a dextris pendentis, in casum alterius qui a sinistris pendebat: quoniam ille quidem presentiebat et loquebatur, hic autem verbis divinam maiestatem laedebat. In casum et erectionem multorum in Israel et in signum cui contradicatur. Vera est oratio. Pro signo cui contradicebatur, erat Dominus circa partum Virginis, quandoquidem magnum erat signum, Virginem, quae peperisset, virginem

¹ Lc. II, 34, 35.

παρθένον. Ὅτι δὲ σημεῖον ἡ Παρθένος, ἄκουε Ἡσαίου ἐν τῷ καθ' ἑαυτὸν τεύχει λέγοντος πρὸς Ἀχαζ· « Αἴτησαι σεαυτῷ σημεῖον εἰς βάθος καὶ εἰς ὕψος· καὶ εἶπεν Ἀχαζ· Οὐκ αἰτήσω, οὐδ' οὐ μὴ πειράσω. Διότι δώσει ὑμῖν Κύριος αὐτὸς σημεῖον ». Ποῖον τοῦτο; Ἴδου ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει. Περὶ τούτου τοῦ παρθενογενεοῦς Δεσποτικοῦ σημείου τοῦ μέλλοντος ὑπὸ πολλῶν ἀντιλεγέσθαι φιλονεικῶ γλώσση ὁ Συμεὼν τὸ μέλλον προεμήνησεν πρὸς τὴν Παρθένον λέγων· « Ἴδου οὗτος κεῖται εἰς πτώσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραήλ, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον. Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία, ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοί ».

1614

Ἐνθεν τινὲς ἔδοξαν τὴν τοῦ Κυρίου μητέρα ζῆφει θανάτῳ μαρτυρικὸν ἀπενέγκασθαι τέλος, διὰ τὸ εἰπεῖν τὸν Συμεῶνα· « Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία »· ἔχει δὲ οὐχ οὕτως. Ῥομφαία γὰρ χαλκευτικὴ σῶμα διαιρεῖ, οὐ ψυχὴν διχοτομεῖ· ἔξ ὧν καὶ ἡ Παρθένος ἄχρι τῆς δεῦρο ἀθάνατος, τοῦ κατοικήσαντος ἀναληψίμοις αὐτὴν χωρίοις μεταναστεύσαντος. Τί οὖν βούλεται λέγειν ὁ Συμεὼν πρὸς θάνατον; « Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία, ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν * ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλο-

PG
86, 246

*248

manere. Quod autem Virgo signum fuerit cui contradiceretur, audi Isaiam in suo opere (ita dicentem): *Cum diceret Dominus ad Achaz, Pete tibi signum in profundo aut in sublimi, dixit Achaz: Nequaquam petam, neque ullo modo tentabo Dominum. Et dixit Isaias: Ecce dabit vobis Dominus ipse signum.*¹ Quodnam hoc? Ecce Virgo conceptum fetum in utero gestabit. De hoc a Virgine pariente edito Dominico signo, cui futurum erat ut a multis contentiosa lingua contradiceretur, Symeon rem futuram praesignificavit, ad Virginem dicens: *Ecce hic positus est in casum et erectionem multorum in Israël, et in signum cui contradicatur. Quin etiam tuam ipsius animam penetrabit ensis, ut detegantur ex multis cordibus cogitationes.*

1614

Hinc accidit ut nonnulli putarent matrem Domini, gladio interfectam, atque cruenta morte affectam, qualem martyres, vitae exitum habuisse: propterea quod dixit Symeon: Quin tuam quoque ipsius animam penetrabit gladius: sed non ita se res habet. Ensis enim a fabro excusus, corpus dividit, animam non dissecat: unde etiam supra omnes inculcata et omnibus modis sancta Virgo per illum qui domicilium habuit in ea, qui eam in supera loca assumptam traduxit, usque adhuc * immortalis est. Quid igitur vult dicere Symeon ad Virginem: *Quin tuam quoque ipsius animam penetrabit gladius, ut detegantur ex multis cordibus cogitationes?* Glaudium hoc

PG
86, 246

*247

¹ Isa. VII, 11-13.

γισμοί ». Ῥομφαίαν ἐνταῦθα ψυχοδιάβατον ὁ Συμεὼν τὴν ὀδύνην τῆς Παρθένου διελάλησεν, καὶ καθ' ἣν ἡμελλεν ὀδυνᾶσθαι, ὡς δοκοῦσα ἀπολελωκέναι τὸν ἐρχόμενον ζητῆσαι τοὺς ἀπολελωμένους. Ὅτι δὲ ὀδύνη κρατηθεῖσα τὸ τῆς Παρθενικῆς γαστρὸς δόξασα ἀπολελωκέναι τὸν ἑαυτῆς υἱόν.

PG
86, 249

Ταύτην τὴν ὀδύνην ὡς Ῥομφαίαν δίστομον ψυχῆς ὁ Συμεὼν τὸ μέλλον προεμήνυεν πρὸς τὴν Παρθένον λέγων· « Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται Ῥομφαία ». Οὐκ εἶπεν, Κρατήσῃ Ῥομφαία, ἦ, Κυριεύσει Ῥομφαία, τουτέστιν, Πρὸς ὀλίγον ὀδυνηθήσῃ, καὶ εὐθὺς τῆς ὀδύνης ἀπαλλαγῆσῃ. Ὅτι δὲ ὀδυνῆθη ἡ Παρθένος δόξασα ἀπολελωκέναι τὸν ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀπολυμένων ἐληλυθότα, ὡς ἤκουες ἀρτίως τοῦ εὐαγγελιστοῦ λέγοντος· « Καὶ ἐγένετο μετὰ τρεῖς ἡμέρας ». Ὅρα πόσῃ ὀδύνην ἡ Παρθένος μετέσχεν. « Καὶ ἐγένετο μετὰ τρεῖς ἡμέρας εὗρον αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ ἐν μέσῳ τῶν διδασκάλων καθήμενον καὶ ἐρωτῶντα αὐτούς, καὶ ἀκούοντα αὐτῶν. Καὶ εἶπεν πρὸς αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ· Τέκνον, τί ἐποίησας ἡμῖν; καὶ γὰρ ἰδοὺ ὁ πατήρ σου καὶ ἐγὼ ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε ». Ἴδε ποῦ ἐπληροῦτο τοῦ Συμεῶνος ἡ προφητεία πρὸς τὴν Παρθένον· « Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται Ῥομφαία. Τέκνον, τί ἐποίησας ἡμῖν οὕτως; Ἴδοὺ ὁ πατήρ σου καὶ ἐγὼ ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε ». Διὰ τί μὴ συγκατῆλθες ἡμῖν ὡς καὶ ἀνῆλθες; τί ἐκαθέσθης ἐν

1615

loco, qui animam transeat, Symeon dolorem Virginis dixit, quem latura erat: quippe quae putaret se amisisse eum qui venerat ut quae-
reret eos qui perierant. Quod autem dolor animam Virginis invaserit, ratae se amisisse eum, qui ipsius, id est, Virginis filius appellabatur.

PG
86, 250

Hanc igitur afflictionem, hunc dolorem, tanquam gladium animae ancipitem, Symeon rem futuram cernens, praesignificabat, dicens ad Virginem: *Quin tuam quoque ipsius animam penetrabit gladius*. Non dixit, Vincet gladius, aut dominabitur gladius; sed, *Transibit gladius*: hoc est, parumper dolebis et affligeris, ac statim dolore et afflictione liberaberis. Dolorem autem cepisse Virginem supra quam dici potest inculpatam omnibusque modis sanctam, cum putaret se amisisse eum qui ad salutem pereuntium venerat, audiebas modo Evangelistam dicentem: *Et accidit post dies tres*. Vide quantum dolorem et afflictionem Virgo triduum pertulerit. *Et accidit post dies tres, et ecce invenerunt eum in templo sedentem in medio doctorum, et interrogantem et audientem illos. Ac dixit ad illum mater sua: Fili, cur fecisti hoc? Ecce pater tuus et ego dolentes quaerebamus te.*¹ Cur nobiscum non descendisti, quemadmodum etiam nobiscum una ascenderas? Cur consedisti in medio doctorum? Cur interrogas et doces, qui nondum litteras didicisti? Cur pro sapientiae doctore

1615

¹ Le. II, 46 et 48.

μέσω τῶν διδασκάλων; τί ἐρωτᾷς καὶ διδάσκεις, οὐπω γράμματα μεμαθηκώς; τί σοφιστεύεις; τί βασικανίαν κατὰ σαυτοῦ ἐγείρεις; τί ἀτεκνωθῆναι με θέλεις; Ἴδε, πεπυρακτωμένοις ὀφθαλμοῖς σε περιβλέπονται· ἴδε, τοὺς ὀδόντας αὐτῶν τρίζουσιν κατὰ σοῦ, ὡς θῆρες κατὰ ἀρνίου κινούμενοι.

« Τέκνον, τί ἐποίησας ἡμῖν οὕτως; ἰδοὺ γὰρ ὁ * πατήρ σου καὶ ἐγὼ ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε ». Ὁ δὲ Κύριος ἀνακαλύπτων αὐτοῖς λοιπὸν τὴν κρυπτομένην τῆς θεότητος ἀξίαν ἐν τῇ πτωχικῇ τῆς ἐνανθρωπήσεως, πρὸς αὐτοὺς ἀποκρίνεται λέγων· Τί ἔτι ἐζητεῖτέ με; ποῦ δὲ καὶ ἐζητεῖτέ με; ἐν τῷ οὐρανῷ οὐκ ἀνήλθετε· εἰς τὸ κῆτος τοῦ Ἰωνᾶ οὐ κατακῆσατε. Τί ὅτι ἐζητεῖτέ με; οὐκ οἴδατε ὅτι ἐν τοῖς τοῦ Πατρὸς μου δεῖ εἶναί με; οὐκ ἠκούσατε τοῦ Συμεῶνος τὴν προφητείαν; Οὐχὶ Κύριον καὶ Θεὸν ὠμολόγησεν; καὶ ὑμεῖς ὡς παιδίον ζητεῖτέ με; « Οὐκ ἤδείτε ὅτι ἐν τοῖς τοῦ Πατρὸς μου δεῖ με εἶναι; » Ἔνα Πατέρα κέκτημαι· ὑμᾶς ἐχρησάμην. *252

te geris? Cur invidiam adversus te concitas? Cur me liberis orbare vis? Ecce ardentibus oculis te undique aspiciunt, iam dentibus suis strident tamquam ferae bestiae, quae adversus agnum tenerum moventur.

*Fili, cur fecisti nobis sic? Ecce pater tuus et ego * dolentes quaerebamus te.* At Dominus detegens eis deinceps latentem, in vili assumptae humanae naturae specie deitatis dignitatem, his verbis eis respondit: Quid est quod me quaerebatis? Atque etiam ubi quaerebatis? In coelo? Non ascendistis (illuc): in infernum non descendistis: in ceto Ionae non commorati estis. Quid est quod me quaerebatis? An ignorabatis quod in negotiis Patris mei occupatum me esse oportet? An non audivistis Symeonem? An non Dominum me atque Deum esse confessus est, et vos tanquam puerum me quaeritis? *An nesciebatis quia in his quae Patris mei sunt oportet me esse?*¹ Unum Patrem habeo in coelo, vos autem usurarios habeo parentes.² *251

¹ Lc. II, 49.

² Hanc orationem esse Timothei affirmat Cayré, I, 889: « Signalons aussi le prêtre de Jérusalem ΤΙΜΟΘΗΕ, qui, au v^e ou peut-être au vi^e siècle, a composé sur la Purification de Marie, une homélie qui contient un témoignage très intéressant sur l'Assomption ». Altaner negat. M. Pellegrino, ad v. *Timoteo di Gerusalemme*, in *EnC*, vol. XII, 111, ait: « A T. presbitero di Gerusalemme, è attribuita in alcuni manoscritti (mentre altri recano i nomi di Metodio e di Esichio, pure designati come presbiteri di Gerusalemme) un'omelia per la festa dell'Hypapante, o Presentazione di Gesù al Tempio ».

Dom B. Capelle attribuit eidem Auctori *Sermonem in Annuntiationem Deiparae* (PG 28, 905-914) et *Sermonem de descriptione Deiparae* (PG 28, 943-958). Cf. *Ephem. Liturg.* 63 (1949), pp. 5-26. Cf. etiam Lau 167.